UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum spes sit prima inter passiones irascibilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

in 10. de * Trin. Amor magis ſentitur, cùm eum prodit indigentia. Vnde inter omnes paſſiones concupiſcibilis, magis ē ſenſibilis cōcupiſcentia: & propter hoc ab ea denominatur potentia.

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ duplex eſt unio amati ad amantem, Vna quidem realis ſm coniunctionem ad rem ipſam, & talis unio pertinet ad gaudium, uel delectationem, quæ ſequitur deſiderium. Alia autem eſt unio affectiua, ſm, ſ. quod aliquid habet aptitudinem, uel proportionē, ꝑut ſcilicet ex hoc, ꝙ aliquid habet aptitudinem ad alterum, & inclinationem, iam participat aliquid eiꝰ: & ſic amor unionem importat, quæ quidem unio præcedit motum deſiderii.

Ad tertivm Dicendum, ꝙ delectatio cauſat amorem, ſecũdum quod eſt prior in intētione.

Articvlvs III.

Vtrum ſpes ſit prima inter paſſiones iraſcibilis.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ ſpes nõ ſit prima inter paſſiones iraſcibilis. Vis. n. iraſcibilis ab ira denominatur: cùm ergo denominatio fiat a potiori, ur̃, ꝙ ira ſit potior & prior q̃ ſpes.

¶ 2 Præt. Arduum eſt obiectũ iraſcibilis: ſed magis uidetur eſſe arduum, quòd aliquid conetur ſuperare malum contrarium, quod imminet ut futurum, quod pertinet ad audaciam, uel quod iniacet iã ut preſens, quod pertinet ad iram, quàm quòd conetur acqrere ſimpliciter aliquod bouum: & ſimiliter magis uidetur eſſe arduum, ꝙ conetur uincere malum præſens, quàm malum futurum: ergo ira uidetur eſſe potior paſſio, quàm audacia: & audacia, q̃ ſpes: & ſic ſpes non uidetur eſſe potior.

¶ 3 Præt. Prius occurrit in motu ad finem, receſſus a termino, q̃ acceſſus ad terminũ: ſed timor & deſperatio importãt receſſum ab aliquo, audacia ãt & ſpes important acceſſum ad aliqd. ergo timor & deſperatio ꝑcedũt ſpē & audaciã.

Sed contra. Quantò aliquid eſt propinquius primo, tantò eſt prius: ſed ſpes eſt propinqor amori, qui eſt prima paſſionum: ergo ſpes eſt prior inter omnes paſſiones iraſcibilis.

Respon. Dicendum, quòd ſicut iam * dictum eſt, Omnes paſſiones iraſcibilis important motum in aliquid: motus autem ad aliquid in iraſcibili poteſt cauſari

A ex duobus, uno modo ex ſola aptitudine, ſeu proportione ad finē, quæ pertinet ad amorē, uel odiũ. Alio modo ex præſentia ipſius boni, vel mali, quę pertinet ad triſtitiã, vel gaudium: & quidem ex p̄ſentia boni nõ cauſatur aliqua paſſio in iraſcibili, ut * dictum eſt, ſed ex p̄ſentia mali cauſat̃ paſſio iræ. Quia igitur in uia generationis, ſeu conſecutionis, proportio uel aptitudo ad finem, præcedit conſecutionem finis, inde eſt, ꝙ ira in

B ter omnes paſſiones iraſcibilis, eſt ultima ordine generationis: inter alias autem paſſiones iraſcibilis, quæ important motum conſequentem amorem, uel odium boni, uel mali, oportet quòd paſſiones, quarum obiectum eſt bonum, ſcilicet ſpes & deſperatio, ſint naturaliter priores paſſionibus, quarum obiectum eſt malum, ſcilicet audacia & timore: ita tamen quòd ſpes eſt prior deſperatione; quia ſpes eſt motus in bonum ſecundum rationem bo-

C ni, quod de ſua ratione eſt attractiuum: & ideo eſt motus in bonum per ſe. deſperatio autem eſt receſſus a bono, qui non competit bono ſecundum quòd eſt bonũ, ſed ſecundũ aliquid aliud, unde eſt quaſi per accidens. & eadem ratione timor, cũ ſit receſſus a malo, eſt prior quàm audacia. Quòd autem ſpes & deſperatio ſint naturaliter priores, quàm timor & audacia, ex hoc manifeſtum eſt, quòd ſicut appetitus boni eſt ratio quare uitetur malum: ita etiam ſpes & deſperatio, ſunt ratio timoris & audacię. Nam audacia conſequitur ſpem uictoriæ, & ti-

D mor conſequitur deſperationem uincendi: ira autē conſequitur audaciam. Nullus enim iraſcitur uindictam appetens, niſi audeat uindicare ſecundũ quod Auicen. dicit in 6. de naturalibus. Sic ergo patet, ꝙ ſpes eſt prima inter omnes paſſiones iraſcibilis. Et ſi ordine omnium paſſionum ſecundũ uiam generationis, ſcire uelimus, primò occurrũt amor & odiũ: ſecundò, deſiderium & fuga: tertiò ſpes, & deſperatio: quartò timor & audacia; quintò ira: ſextò & ultimò gaudium & triſtitia, quæ conſequũtur ad oẽs paſſiones, ut dicitur in 2. Eth. ita tamē, ꝙ amor prior odio, & deſiderium fuga, & ſpes deſperatione, & timor audacia, & gaudium quàm triſtitia, ut ex * prædictis colligi poteſt. D. 256. D. 258. c. 5. tom. 5.

E Ad primvm ergo dicendum, ꝙ quia ira cauſatur ex aliis paſſionibus, ſicut effectus a cauſis præcedentibus. ideo ab ea tamquam a manifeſtiori denominatur potentia. ex iſto ar. & ex 2. ar. huius q.

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ arduum non eſt ratio accedendi, uel appetendi, ſed potius bonũ: & ideo ſpe, quæ directius reſpicit bonum eſt prior, quamuis audacia aliqñ ſit in magis arduũ, uel ẽt ira.

Ad tertivm dicendum, quòd appetitus primò & per ſe mouetur in bonum, ſicut in proprium obiectum, & ex hoc cãtur quòd recedat a malo. Proportionatur. n. motus appetitiuæ partis, non quidē motui naturali, ſed intentioni naturæ, quæ per prius intendit finem, quam remotionem contrarii, quæ non quæritur niſi propter adeptionem finis.

---

capit. 12. à me. 10. 3. eſt hic ſermo de, ly, ꝑ accidens, ut diſtinguitur contra per ſe, ſicut dicimus, quòd album ędificat non per ſe, ſed per accidens; ſed ut diſtinguit̃ contra ꝑ aliud, quòd ſtat eſſe per ſe ſecundo, ut patet.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſecundi articuli, dubiũ occurrit circa illa uerba, Inter omnes paſſiones concupiſcibilis, magis eſt ſenſibilis concupiſcẽtia. Falſum. n. hoc ur̃, experiẽtia teſte; nã triſtitia manifeſte magis ſentitur, ut patet in cruciatibus corporis: & delectationes tactum conſequentes, uehementiſſime ſentiuntur. Conſtat autem has eſſe paſſiones cõcupiſcibilis: ergo. D. 105.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ paſſiones eſſe magis ſenſibiles, contingit dupliciter. Primò, ut ſe tenent ex parte animæ. Secundò, ut ſe tenẽt ex parte corporis. Et qlicet ſecundo mõ concupiſcetiæ nõ ſit magis ſẽſibilis, ſed dolor, & forte delectatio, primo tamen modo concupiſcentia inter paſſiones concupiſcibilis eſt maxime ſenſibilis: abſque corporali namque coniũctione experimur cõcupiſcere magis ſenſibiliter, quam amare, odiſſe &c. Et quia qđ ſe tenet ex parte animæ, eſt formale i paſſionibus, ideo de paſſionibus iſtis, formaliter loquendo, dictũ eſt, ꝙ cõcupiſcentia ẽ magis ſenſibilis. Su. q. 23. ar. 4. cor.

¶ Super queſt. vigeſimaquinta, articulum tertium.

In ar. 3. eiuſdem q. in reſponſione ad 2. dubium occurrit ad hominem: qa ipſe author ſuperius in q. 23. art. 2. expſſe uult, quòd arduum hẽt rõnem, ut in ipſum tenditur, & ſic audacia tẽdit in ipſum, hic uerò docet oppoſitum, dicens, quòd arduum non eſt ratio accedendi, uel appetendi: & iõ ſpes eſt prior.

¶ Ad hoc dicit̃, quòd quia obiectum iraſcibilis eſt totum contractum, ſ. bonum arduũ, & malum arduum, & harum duarum rationum, ſ. bonitatis & arduitatis, magis habet rationem tractiui bonitas, quam arduitas, ut de ſe patet: ideo in litera nõ ſimpliciter, ſed cõparatiue iterpretandum eſt, quòd arduum non eſt ratio accedẽdi. & hoc ſubiuncta uerba inſinuant ſcilicet, ſed potius bonum, in cuius ſignum, in nulla paſſione aſſignatur arduum pro ratione accedendi, niſi in audacia, in qua oportuit hoc fieri: quia obiecto eius exiſtente malo arduo, & malum eſt magis repulſiuum quàm arduum, conſequens fuit, ꝙ arduum ratio poneretur acceſſus. Eſt igitur, ſi recte conſidetur, arduum comparatum ad bonum, ratio receſſus; & comparatum ad malum, ratio acceſſus. Et propterea, non eſt mirũ, ſi modo affirmatur, aut negatur hoc, modo illud. art. 1. q. 23. ar. 3.

¶ Super